

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium b
cum fonte primo

Duo sunt in quibus temerarium
iudicium cauere debemus: cum incertum
est quo animo quod factum sit,
uel incertum est qualis futurus sit
qui nunc uel bonus uel malus apparet.

Augustinus ibidem (contra Manicheos
libro II.).

Duo sunt autem in quibus temerarium
iudicium cauere debemus: cum incertum
est quo animo quidque factum sit,
uel cum incertum est qualis futurus sit
qui nunc uel malus uel bonus apparet.

Augustinus Hipponensis, *De sermone
Domini in monte*, 2, 18, 61 (CCSL 35,
A. Mutzenbecher ed., p.157, ll.1393-
1396).